5354
IH2L/2

Josephi Zamboni D.M

Civis Florentini,

In Archixenodochio S. M. Novæ

Anatomes Professoris Eximij

Botanicâ, atq; Poeticâ Celebris

Parnassi Botanici

Fragmenta Collecta

Per N. N.

Florentiæ MDCCXXI

Iosephi Zambonini

Veronensis

Medicinae Doctoris, & Academiae Physiophilorum Ecnomi

Botanici, atq; Poetae Celebris

Parnassi Botanici

Plantarum Collectio

Pars IV.

Florentiae. MDCCXXI

ABIES

Pyramis arborea cum sim nemorosa phalangis,
Hic meritò primum dat mihi Musa locum
Siccat, & adstringit cortex, Scabiemq; repellit
Sanat, & exudans ulcera quæq; liquor

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Getty Research Institute

https://archive.org/details/josephizambonidm00zamb_0

L anguentis stomachi subigo, iecorisque labores
Fungorum antidotus dira uenæna fugo.
Icterum, uermes, uomitum, fera tormina, flatus
Pello, neco, sisto, mulceo, discutio.

1. *Ictericum,*

ABSINTHIUM.

A foliis ortum traxisse Corinthius ordo
Dicitur, illustri Callimachi arte, meis.
Digestiua uagis est frondibus insita uirtus,
Radici incidens, attenuansque subest.

Sarmatiæ Regio mihi tradit Agaria nomen,
Ortum Cedrus olens, uél nemorosa larix.
Humores crassos, lentos, et phlegma repurgo,
Si leuis, et rarus, candidus, atque recens

ACACIA

Ad renum saxulum flores, ad cordis agonem
Est notum uires sæpe probasse suas.
Sic patet ad cunctos Vteri, Ventrisq; fluores.
Auxilium fructus suppeditare meos.

Asthmaticos arcent mea Semina cocta labores,
Sollicitant lotium, menstrua tarda cient.
Scorpio quę morsu quę damna phalangius infert.
Pellit odorato uis mea iuncta mero.

1. *Urinamque movent* 2. *Phalangion*

Sic me Simplicium Veteres dixere Periti,
Quód ferè jim mortis[1] *nescia planta mei,*
Vermibus infensum Cerebri, Jecorisque tustis
Atq: Uteri parter ualde salubre malis.

1. *senii* 2. *ritè*

Alchimilla uocor, ſtellaria, Pesq: leonis,
Insigni adstringens, ſiccaq: planta gradu
Hinc quosuis Vteri ualide compesco fluores,
Et per me ſanum uulnus, & ulcus crit

Talis apud Medicos creuit mihi fama uetusto
Vt Medica a Medicis uiribus herba uocer ;
Dura etenim mollit radix mea lubricat aluũ ,
Mundificat renes Asthmaticosq: iuuat .

Illa ego sum priscis celeberrima Planta Poetis,
Quæ putor æternos reddere sumpta Deos.
Virgineis sertis intexor, odore suauis,
Viribus adstringo, sisto, repello meis.

Sum quoque Theriaces ego pars, Vterique fluores
Seminibus palmam sæpe dedere meis.
Vrinas, menses, flatus insecta uenæna.
Prouoco, sollicito, dissipo, cædo, fugo.

Sic dicor lybicæ quia sum sacra lachryma plantæ
Quæ uiret Ammonis stant ubi templa Iouis.
Cætera tantundem præcello Gummata quãtum
Præcedit reliquos Iuppiter ipse Deos.

1. Libycæ 2. Hammonis

Nutrimus dulces, renum, thoracis amicæ,
Et crucians oleo subÿcit arma dolor.
Discutimus flatus, uermésq; necamus amaros,
Proficuæ ſtomacho, uiſceribusq; ſumus.

AMARACVS.

Tanto alabastrini defeci fragmine uasis,
Vertus ut in plantam sim pietate Iouis.
Torpida quæ timidam reddunt phantasmata mentem
Viribus ut possem sic abolere meis.

1. alabastritæ 2. Versus

Theriacamme Turba, suā cognoscit agr estis
Carnificē Vermes, Ascarides q. suum:
Ad Venerē stimulo, Cerebrūq. uapori b. ango
Sumq. ideó Capitis noxia planta malis

AGNVS CASTVS.

Cum semen minuam, Veneris q; incendia sœnem
Planta pudicitiæ sacra uocata fui.
Dispereunt per me flatus, mensésq; mouentur.
Magnáque Nutrici copia lactis erit.

Mitigo crudiles podagra decocta dolores,
Si uires iungat cocta cerusa suas.
Praua salutifero sano quoq: uulnera succo,
Siumq: melancholicis planta probata malis.

1. *Si ceruſsa ſuum iungere robur amet.*

2. *optima planta*



Caudice fæniculo, foliisque ſimillima planta,
Singultum ueterem ſiſto, ſoporis amans.
Digero, diſcutio, lac augeo, tormina ſedo,
Vrinas moueo, menſtrua ſollicito.

ANGELICA.

Hystericis rabidis pesti febribusque malignis,
Confero semper opem cordis amica meam,
Vulneribus prosum, sudoribus, atque uenænis,
Hinc tibi non mirum si uocor Angelica.

Flatibus explosis, colicos compesco dolores,
Candidaq; in mammis me duce massa uiget.
Vrinas moueo, stomachi, & pulmonis amicum,
Fœtidus & per me pellitur oris odor.



ANONIS.

Hispida camporum cultrix, inimica Coloni
Spinigeris ramis horrida, Resta bouis.
Vrinas moueo, trusisq: potenter arenis,
Quæ lumbos cruciant tormina dira, fugo.

Per me pinguescunt turdi, meruleq. sagaces, 1.
Sic uestra expensis mensa fit aucta meis.
Exglobulis stillata rubris aqua purgat arenas,
Cessat & urinâ prętereunte, dolor.

1. canoræ 2. meis

ARISTOLOCHIA

Quam bona ſim lochijs, uſuque probata ciendis
Protinus ex ipſo nomine ſcire potes.
Fatalis uehemens Aconiti extinguo uenænum,
Præſertim uirus Pardalianche trium.



Per me conualuit Romani Consulis Vxor;
Et retulit[1] *magnas inde Galenus opes.*
Fœmineis etenim sedandis fluxibus albis
Viribus est impar quælibet herba meis.

1. *Et tulit immensas*

ASPARAGVS

Surgit in apricis uegetans mea Pyramis hortis
Lucunda in menſis eſca futura tuis.
Quam ſit in urinis mea uis generoſa ciendis
Mingenti aſparagi ſat tibi prodit odor.

ASPHODELVS.

Hastula ab innumeris surgit mihi Regia bulbis,
Nobilis in sceptri suspicienda modum.
Labentes reparat mea radix usta capillos,
Sanat & Icteri poto sumpta luem.

1. *Ictericam potio*

ATRIPLEX.

Exonerat placidè uirtus mea lubrica uentrem.
1. Fitq: minor podagræ, me leniente, dolor.
Iterum bibitum Cum mulsa ſemen abarcet
Atq: inter uestros ſum quoq: grata cibos.

1. Mitior eſt podagræ me ſuperante dolor.
2. Et ſumpta icterici ex mulsâ ſemina proſunt.

AVRANTIA.

Amphytrioniades, custode Dracone perempto,
Fertur ab Hesperiis nos rapuisse plagis.
Flos ut adoratæ naves recreavet Ioles,
Et stomachum cortex, Cor cavo, succus, aqua.

I. me

Saucia uitalem ſtyllo de cortice ſuccum,
Cui nullus ſimilis nobilitate liquor
Hic uel ab extinctis labem putredinis arcens
Corpora in æternos ſeruat inuncta dies.

I. par eſt



Canities, foliumque teres uenerabile nomen
Indidit, unde Iouis Barba uocata fui:
Maxima si minimis uirtus est indita plantis,
Quę mala non pellet Barba uerenda Iouis.

BELLIS

Sum uaga Pratorum cultrix, aptissima bel-
lis
Consolidat fucaus uulnera namq. meus.
Est mea præterea strumis inimica facultas
Neruorum uitijs, Ischiadisque malis.

Cum cutis antiquam ſcabiem fœda ulcera tollam,
Et maculas uultus prompte abolere queam.
Cum rabidos ualeam podagræ mulcere dolores
Num[1] Bonus Henricus iure uocandus ero?

1. *Non*

Si lotium aut manſes deſunt ſi ſegnior aluus
Si tremor eſt nervus articulusve dolor
Si lepra pſora cutem ſacer ignis et ulcera fœdū
Vis mea ſubſidium tot feret una malis

1. urina,

2. Tot ferret auxilium Braſſica ſola malis.

BRYONIA.

Cùm Vitem foliis, cincinnis, atq: corymbis
Æmuler, a Latijs Vitis & alba uocor.
Vasta mihi est radix acri saturata liquore
Quæ crassum ualidè phlegma, serumq: trahit

1. Quo 2. traho.

BVRSA PASTORIS

In misera ne[1] *quære mea nummismata bursa,*
Quos etenim nummos Pastor habere[2] *pobest:*
Sed si uulneribus medicamina prompta requiris
Has mea bursa tibi suppeditabit Opes.

1. nostra ne quære 2. poteſt?



Quamuis in puteis mea sit cõmunis origo
Non tamen in puteo rus mea mensa latet
Cum crines spoliam, Veneris sũ dicta capillus
Pectoris et renum planta dicata malis.

CARDAMOMVM

1.
Armenis tantum selectum nascor in oris
Me licet expediat Bosphorus, Indus, Arab
Vermes profligo morbum depello caducum,
Dummodo sim densum, pingue, suaue, recens

1. Armeniis

CARDIACA.

Inter Cardiacas, cùm sim clarissima plantas,
Cardiacæ nomen nobile fama dedit.
Seu stomachi dolor excruciat seu syncope cordis
Viribus exhilaro cor, stomachumque meis.

Est mihi Silua parens, Genitor mihi Collis, et hor-
tis
Partibus et uirtus, est generosa meis.
Obstructi Iecoris utijs, lienisque tumentis,
Febribus, Ictero uis mea præstat opem.

1. CICHOREUM.

2. humidique lienis

Mortiferum ſumma cum frigiditate uenænum
In cutis cerebro ſumpta cicuta tuo.
Vnde grauem ſequitur dementia ſæua ſoporem,
Cui ſunt antidotus Ruta P. halerna, Piper.

1. *Falerna,*

In reliquus quæ sparsa uides miracula plantis
Inme uirtutes exacuere suas ;
Sudores etenim moueo, lotiumq.[1] *potenter*
Pestiferasq. febres, atq. uenena fugo.

1. *urinamque*

CROCVS

Vtilis Asthmaticis vitalia membra repurgo
Sed facile infenso lœdo uapore caput
Digero, mundifico, seuosq. refringo dolores
Sumptus et ex tepido menstrua purgo mero.

Si uos excruciat feruentis flamma Leonis,
Vrit & igni uomus uiscera uestra Canis
Grassantem mea pulpa sitim rubicunda coercet
Quam Græci emendat uis generosa meri.

I.

DICTAMV̄ CRET.

Me nimis extollis, Castor dum tela sagittas
Transuersos fœtus ducere posse putas.
Sat si uulneribus febribusq. salubre malignis
Promoueam menses, atq. uenœna fugem.

I. DICTAMNUM

Siue melancholicam turbent phantasmata mentem.
Seu tumeat lympha luxuriante cutis,
Extracti generosa mei celebrata virtus,
Et cutis, & mentis grande leuamen erit.

Me prior in Lybico Rex Iuba inuenit Atlante,
Et Medici nomen iussit habere sui.
Clarus, acris manat scisso de cortice succus,
Causticus, & purgans, sed uiolenter, aquas.

1. Iuba Rex 2. destillat

Inter selectos Pomonæ pignora fructus
*In*ˡ *mens celebrē dat mihi fama locū.*

Digero, mūdifico renes, pectusq. repurgo.
*Lubrico si gelidæ sit comes haustus aq-*ue

ˡ. *In mensis primum*



Oh te fælicem! ſi Cordi impreſſa teneres
Hæc ſacra quæ Chriſti flos ego ſigna gero.
Viſcera nam ueri gladio tranſfixa doloris.
Deficerent, ardens cui comes eſſet amor.

Inflecti facilis quia sum, genubusque salubris,
A Latijs ideo dicta Genista fui.

Per me cum uomitu blande subducitur albus, 1.
Floribus ex mulsa seminibusue datis.

1. alvus,

Rex dedit Illyria nomen mihi Gentius, unde
Sim Licet alpestris, Regia planta vocor.
Filia Theriaces, trucibusq; infensa uenenis
Struumarum fœdam cura subacta Luem.

Gallica quos cruciant Veneris tormenta furentij,
Quosque angit rabidus nocte dieq; dolor.
Scorta, Meretrices, Druidi, fœdumq; Lupanar,
Vestra erit a potu certa medela meo.

1. iuvenes

Primus ab Eois Bacchus me transtulit oris,
Dignatusque mea est cingere fronde comas.
Præcipitat succus menses, & causat abortum,
Vis purgans baccis est moderata meis

1. producit

Ex lachrymis Helenæ [1] *sparsis in morte Canopi*
Me natum metris scribis Homere, tuis
Me phtisi [2] *infensum cordis lenire dolores*
Actibus [3] *indubys experimenta probant*

1. *fusis*
2. *Infantum phthisin*
3. *Carminibus iunctus usus et ipse docet.*

1. HERMODACTILVS.

2. Ephemerę non jum pignus miserabile Plantę,
Nec sobolem iactet Colchica turba suam.
Eois etenim bulbosus mittor ab oris,
Quo mixtum salsis phlegmá cietur aquis.

1. HERMODACTYLUS

2. *Pignus Ephemeriæ non sum*

HYPERICON

Me cerebrum, nerui ſpinæq: medulla perunctuu,
Meq: ſalubra probant uulnera ſpaſma, dolor,
Iſchiadis tollit ſumptum[1] fera tormina ſemen,
Dæmonis inſidias uis mea ſacra fugat.

1. ſumtum

Cœlestem uarijs quia florib.s cœmulor Irin
Iridis emeritum nomen adepta fui.
Colluuiem ualidé succus deturbat aq uosã
Radicem gratus concomitatur odor.[1]

1. tum comitatur

LACTVCA

A lactis genesi nomen nanciscor, in hortis
Planta frequens, ignem prompta fugare sacrum
Sanguinis, et bilis per me compescitur ardor,
Et blandus Cerebri permeat antra sopor.

Cuncta meis degunt a fulmine tuta ſub umbris
Cúm ſim temporibus, Phœbe ſacrata tuis.
Sum Regum, Vatumq: decus, calidisq: fugatur
Baccis morborm frigida turba meis.

Styptica sum, quamuis decoctio lubricet aluũ,
Atque oculis falsó credor obesse tuis.
Solis enim maculas Galilæus, Etruscaque per me
Vidit in æthereis Astra micare plagis.

Ex Nili latebris Ægypti ut Numen adorem,
Sole oriente orior, Sole cadente cado.
Seu panem populis mea femina trita ministra.[m.]
Sic sapidos radix fert quoque sumpta cibos[1.]

1. *sumta*

Væ uobis miſeri quos uenter ſtypticus angit
Et quibus oppreſſũ pectus anhelat opem
Aut quos ſtagnantis loty tormẽta fatigant,
Lubr̃icat nũ uobis uis mea prompta foret.

1. *Aut quos tormentis ſtagnans urina fatigat,*

2. *Lubrica*

Cum me regali uideant diademate cīctū
Me Regem Fructus constituere suum.
Tot mihi sunt nitidi quot sunt mea grana rubini
Præstantes stomacho febribus atq; siti

1. MALUS PUNICA.

2. cinctam, 3. Reginam 4. suam;

ueternum
Sumpta grauem pariunt radix, mea poma senis,
Quem fugat Andromachi sacra medela
Tritaque post uomitum. Coriandri semina uinum
Castoreum, hortensis raphanus, atq; Thy-
mū

1. Hortensis Raphanus, Castoreum atq; Thymum

Ros ego concretus superis cum stillerab oris
Æthereas uires quis neget esse meas?
Si modo me Calaber legat Ornus et Achillis Arbor
Sumq recens pinguis cumque nitore grauis

Æthere decidui ſum pars puriſsima roris,
Quem caſta ex nitidis floribus haurit apis.
Virtutes quicunq: meas penetrare ualebit,
Scit reprobare malum, ſcitq: probare bonum.

MEL

Me Regina Stygis talem conuertit in herbam
Impatiens, Pluto quòd meus esset amans.
Excito Ventriculi, Iecoris, Lienisq: calorem,
Et mihi luxurians plaudit amica Venus.

1. calidumque Lienis,

Serica non totum ditarent stamina mundum,
Bombicibus[1] *folium nî foret esca meum.*
Sanguineos fluxus radix decocta coercet,
Et fæces alui dulcia mora[2] *mouent.*

1. Bombyci 2. cient.

Regia ne laſi Patris me perderet ira,
Grata mihi tumulum tradidit Arbor Ara bs.
Criminis exceſſum lachrymis deteſtor amaris,
Placandum ſperans Nato ab Adone Pa trem.

NARDVS INDICA

Immenſis humeris Indus me ſuſtinet Athlas:
Vnde patet quanti ponderis eſſe puter.
Spica à ſpicatis radix mea dicta capillis
Quæ reliqua inferrent Pharmaca damna uet-at.

Nymphæis ſic dicta fui, quia nascor in ūdis.
Cùm me producant flumina, ſtagna, lacus
Seminis, & uentris fluxus, Vteriq: cruentos
Sisto, & labentes cum pice mixta pilos.

O quantum, Hydrarũ domitor, stratorq; leonũ
Est mea prægestis uis celebranda tuis!
Non tua Claua feras prosternet, atq; dracones
Sterneret Herculeũ ni mea Claua malũ.

1. prosternerũt,

PAPAVER

Iucundis passim me Flora ostentat in hortis,
Atque ubi diuitias iactat arista suas
Thoracis[1] *calidis Capitis*[2] *per utile morbis*
Prompta tibi placidis[3] *causa soporis ero.*

1 Thoracis 2. capitisque 3. placidi

Nos Persis uestras primum trasmisit ad ora
Vt quoq. sint uestris Persicæ prompta ma-lis
Nucleus ut uermes perimat caro lubricet al-uū.
Atq. redundantes flos quoq. purget aquā

PLANTAGO.

Sum Plantago triplex, triplici distincta figura;
Trina licet formâ, uiribus una meis.
Septem quinq: tribus neruosis peruia fibris,
Adstringo duplici frigida sicca gradu.

Sum nigris hirsuta pilis nodosaq. radix
Quæ Polypi cirrhis æmula nomẽ ha-bet.
Apta melancholicã placidé purgare bur-rã
Duñodo me ueteri caudice quercus alat.

Pomonæ dilecta Deæ cum pignora simus,
Nomine nos voluit nobilitare suo;
Sanguineæ massæ salsos, acidosq. liquores
Est apud noster dulcificare liquor.

1. Emendat 2. dulcificatque

Prima renascentis dilectaque filia veris
Floribus ex hilaro languida membra meis,
Optima suppedito resolutis pharmaca neruis
Et quibus a lympha pendet origo malis.

RAPVM.

Morbillos pellit ſemen, fatale uenænis
Antidotum, Veneris ſed ſimul eſca, meum.
Pulmonum iecoris, renumque aptiſſima morbis
Eſt radix medicus ſic quoque facta cibus.



RHABARBARVM

Barbara ſum radix, quam proſert barbara Tellus,
Non tamen auxilijs barbara dicta meis.
Barbaricos etenim bilis compeſco tumultus,
Ventriculi et Iecoris ſemper amica tui.

Rha Ponti fluuius nomen mihi tradit et ortum,
Et uariant uires mixta Elementa meas.
Sanguinis adstringens uentrisq. retundo fluores,
Nec tamen Asthmaticis stypticitate nocens.

Flos mihi rore scatens unde similisq marinæ
Et gratus thuris nomina tradit odor.
Ictero[1] *prosum, cerebro, tussi, atque tremori*
Pestiferamq: fugant ligna perusta[2] *mea*

1. Ictericis 2. luem.

Sum Rubus á ſpinis, Idæus dictus ab Ida,
Floribus, et foliis ſtyptica planta meis.
Rubra meo uiridi pendent de palmite mora
Potibus, et menſis delicioſa tuis.

RVSCVS

Explicat in rigidis trux mea planta locis
Spinigeras densas uirides, rectasq pharan-
ges

Æmula ut Asparago radix cum germine semen,
Sum simul Asparago uiribus æqua meis.

Me fugite, o grauidæ; nam cum discrimine uitæ
Infelix fetus ortus abortus erit.
Nulla etenim planta est ita mensibus apta ciendis,
Quæ possit uires æquiparare meas.



S[1]al caput effrenis uexet farrago catharri[2]
Gallica seu cruciet torpida membra lues,
Decocti quicunque mei sacra pharmaca sumes,
Prompta erit auxilys sal[3]sa parilla tuis.

1. Seu 2. catarrhi, 3. sarsa

1.

Sarcocolla uocor quia carnes glutino, sumque
Denſus quem profert Perſica planta, liquor;
Externos tantum Græcis commendor in uſus,
Quamuis purgantem me quoq: dicat Arab

1. *Sarcos colla*

Quam foret imbellis ualidis uiduata Trochiseis
Si foret Andromachu Regia massa Scnis.
Hinc ego sim quantum sequis inimica uocabis
Hoc saltem titulo discere quisq; potest.

SCORDEVM

Alpestres factens mihi dant natale paludes,
Hinc ob factorem σκορδον esse putor.
Vitalis sum planta tamen, putredinis hostis,
Et fœdam Veneris par abolere luem.

Nobilis Hiſpanis, ſelectaque naſcor ī oris
Extremis hominum planta ſacrata mālis
Namq. uenęnorum labē, febresq. malignas
Peſtiferamque fugo cordis amica luem.



In uestris tectis ego semper uiuo, sed illum
Cum summa experior frigiditate locum.
Hinc quia per uestros finitis quoq. sarpere muros,
In uestram semper uiuere nitar opem.

Delphinius non sum, neq: sum Colutęa Ruelli
Nata, sed Eois planta salubris agris!
Apta Melancholicum placide subducere succũ
Vindico ab antiquis uiscera pressa malis.

1. SMIRNIVM.

Si parit extremos urina retenta labores,
Excruciat ſabulo ſi ſtabulante, dolor.
Si fera ſuppreſsi cauſant diſcrimina menſis,
Prodexit hic noſter ſuccus, & unda malis.

1. SMYRNIUM.

2. *pariunt*



1.

Seu tibi Squinantum dicar, seu Iunctus odorus,
Aut sim 2. Iuncus Afer; uel tibi Iuncus Ara. bs.
Tollendis uteri, Stomachiq: doloribus apta
Semper in Antidotis uis mea prompta uig ct.

1. Seu tibi Squinanthus, seu sim tibi
2. Sive Afer Iuncus, seu

STAPHIS AGRIA

Est un phtiriasi, psora, prurigine pulnuis
Illitus ex oleo magna medela meis.
Sumpta sed interius, nimij fera causa calori,
Ni gelidâ occurras, strangulo, aduro, neco.

Filius agrestis Palmæ sum Dactilus Indus
Innata bilem lubricitate trahens:
Prunorum pulpa fuero nisi factus adulte
Sum niger, ac acidus, pinguior, atq: nitens

THVS

Nobilis a plantis mea pendet origa ſabæis
Nobilis in ſacris ſemper habenda locis
Sordida balſamicus ſanat meus ulcera pului
Abſtergente prius mundificata mero.

Vos, quibus infausti superest discrimē abortus
Et quibus, effuso sanguine, uita perit,
Ad uires properate meas, sic namq; (represso
Sanguine) cum fetu uita superstes erit.

Nulla est, quæ mecum tendet[1] contendere plan[ta]
Sed primum concors dat mihi sponte locū;
Lege etenim certa cunctis mortalibus una
Pendet ab auxilijs uita salusq. meis.

1. valeat

TVRBITH

Esula Tripolium, seu iactat Alipia truncum,
Thapsia Tythimalus, seu Pituisa suum
Fac sim gummosus sine fibris, cōcauus, albus,
Lenta probet uires ut pituita meas.

1. *Esula, Trispolium seu Thapsia, seu Tithymalus,*
2. *Seu truncum iactet me Pityusa suum,*

Phu mihi nomen Arabs, á Græcis Nardus agrestis
Dicor, et a Latijs Valeriana vocor;
Vrinas, menses, et arenas purgo potenter
Andromacho celebris, claraq. planta vocor.

Quamuis fatalis miseris sim piscibus esca,
Sum tamen humanis usibus apta satis;
Namque meis oleum de floribus arte paratum
Orrida turgentis tormina [1] *mulcet ani* [2].

1. Ani 2. dira levat.

Thoracis morbis, quos ſanguinis excitat æſtus
Sunt folia, & flores pharmaca prompta mei,
Est mihi purgandi pariter placidissima uirtus
Quâ bilem ex latebris uentris utramq; trahe.

Ite procul Lautæ (Procerum conuiuia) Mensæ,
Vitalis procul est si meus inde Liquor,
Cor[1] *etenim recreat, uires reficitque cadentes,*
Horrida cui grassans subiecit arma Lues.

1. *Mentem*

Quám male' cauta Venus, quę me cũ nomine sedem
In centro uoluit uentris habere sui!
Nescia quõd nimius per me mitesceret ardor,
Et Veneris frænum frigida planta forem.

I.

Hystricas in moorē rigidis armata sagittis
Hostibus influgo vulnera mille tuis
Turmatī iūctos uermes febriūq. phalāges
Et iaculis systo sputa cruenta meis.

1. *Hystrichos*

105 tavole
Completo